

Jakob Christoph Wolff

**Ad Solennitates Festivas In Auspiciatissimo Natali Die Serenissimi Atque
Celsissimi Principis Ac Domini, Dn. Caroli Leopoldi, Ducis Regnantis
Meklenburgici ... XXVI. Novembris die anno MDCCXXVII. hora X. Matutina ...**

Rostochii: Typis Io. Iacob. Adleri, [1727]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1793910391>

Druck Freier  Zugang



2°

Carl Leopold.
1713 - 1748.

Mkl f I

1926 4°





35 Stücke

Mtblbz. f. I.
1926. 40

15

AD
SOLENNITATES FESTIVAS
IN
AUSPICATISSIMO NATALI DIE
SERENISSIMI ATQVE CELSISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI,
**DN. CAROLI
LEOPOLDI,**

DUCIS REGNANTIS MEKLENBURGICI,
PRINCIPIS VETUSTÆ GENTIS HENETÆ,
SVERINI AC RACEBURGI, COMITIS ITEM SVE-
RINENSIS, TERRARUM ROSTOCHII ac
STARGARDIÆ DYNASTÆ,
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS PATRONI & CAN-
CELLARII MAGNIFICENTISSIMI,
PRINCIPIS AC DOMINI NOSTRI
LONGE CLEMENTISSIMI,

XXVI, Novembris die anno MDCCXXVII.

hora X. Matutina

ex Decreto REV. CONCILII

in devotissimæ suæ Obligationis tesseram

inter Conventus Musicos rite celebrandas, & ad audiendam ORATIONEM

De

Mense Novembri Terris Meklenburgicis Felicissimo,

MAGNIFICUM DN. RECTOREM, ILLUSTRES
REGIMINIS PROCERES, UTRIQVE REIPUBL. PATRES CON-
SCRIPTOS, SUMME REVERENDOS, CONSULTISSIMOS, EXPERIENTISSIMOS,
AMPLISSIMOS, OMNIUM FACULTATUM DOCTORES PRÆNOBILISSIMOS,
VERBI DIVINI ANTISTITES VENERANDOS, LIBERALIUM ARTIUM MA-
GISTROS FULGIDISSIMOS, LECTISSIMAM NOBILISS. DN. STUDIOSORUM
CONCIONEM, & DENIQUE OMNES LITERARUM LITERATO-
RUMQVE FAUTORES ÆSTUMATISSIMOS

ea, qua par est, Veneratione & animi observantia

invitat

M. JACOBUS CHRISTOPHORUS WOLFF,
Gr. Lingv. Prof. P. O.

R O S T O C H I I,

Typis IO. IACOB. ADLERI, SERENISS. PRINC. & ACAD. Typograph.



Er lapsum Protoplastorum lamentabilem quemadmodum universa hominis natura penitus corrupta, virtutibus concreatis destituta, omni autem vitiorum genere coinquinata proh dolor ! cernitur; sic & imprimis intellectus noster humanus variis variis generis erroribus fuit obrutus, ita ut pro veris falsa, pro Junone, ut dicitur, nubem amplectatur sapissime. Testimonii loco nobis esse potest detestabilis illa Gentilium superstitio tum falsi Numinis tum indebiti cultus, quam Gentium Doctor D. Apostolus Paulus graphicè satis depingit in Ep. ad Rom. C. I. v. 21. seqq. dicens: cum DEum cognoverint, tamen ut DEum non glorificaverunt, neque gratias ei egerunt, sed vani facti sunt in ratiocinationibus suis, & obtenebratum est eor insipientes eorum, quum se dicerent sapientes, stulti facti sunt, & mutarunt gloriam incorruptibilis DEI in simulacrum imaginis corruptibilis hominis & volucrum & quadrupedum & reptilium, & v. 25. quod DEI veritatem transmutarint in falsitatem, & venerati sint & coluerint res creatas supra Creatorem. Unde enim, quæso, illa originem suam traxit infelicissimam? certè non nisi ex erronea & perversa intellectus nostri conditione. Hæc enim præpostera DEum colendi ratio, uti à theologis nostris meritò appellatur superstitio, cum juxta Summè Re. Dn. Buddeum in tract. de Atheismo & superstitione C. X. §. I. non tantum ex naturali omnium hominum corruptione, sed & imaginatione maximè rationis regimen respuente, & hinc originem ducente credulitate, imò ex idearum associatione, causarum & effectuum minimè cohærentium apparente falsoque credito nexu oriatur, ipso sole meridiano clarius patet, intellectum humanum luce veritatis non tantum per lapsum fuisse privatum, sed & densissimis errorum tenebris obfuscatum. Fuerunt enim non solum Gentiles hujus superstitutionis rei, sed & populus ille DEI dilectus, cui DEus variis modis quam benignissimè sese revelavit, hoc errore fuit imbutus, imò inter ipsos, qui Christiani audiunt, reperti sunt & adhucdum reperiuntur quam plurimi, qui superstitioe hac sunt infecti quam maximè. Nam, ut in præsentibus de iis, qui non verum DEum, sed loco ejus res creatas, spiritus tum bonos tum malos, imò ipsos homines religiosè colunt, nil loquar, quamvis & hæc superstitutionis nomine omnino venire debet, & vel crassior vel subtilior in his vel illis reperitur, & superstitio directè veri Numinis cultui contrarians summo jure appellanda est, plurimifanè coluerunt & in hunc usque diem colunt eam superstitutionem, quâ indirectè Veri Numinis cultum everti in propatulo est. Quæ superstitutionum genera si à nobis recensenda essent omnia, limites certè nobis præscriptos transgredi oporteret. Pertinent enim huc omnes illæ hominum opiniones actionesque, quibus gratiæ divinæ mediis ad salutem nostram à DEO destinatis abutuntur ad finem nullo modo à DEO intentum, eundemque pravum, uti sunt v. g. ne de Judæorum impiis ineptiis de nomine tetragrammato ejusque in patrandis miraculis abusu dicam, de quibus vid. Joh. Coccejus ad tract. Talmud. Sanhedrin. C. XI. Exc. 21. & Joh. Jac. Huldricus in not. ad librum Toledot Jeschua p. 18. ii Christiani, qui nominibus div. Jehovah, S. S. Trinitas, JESUS &c. vel etiam particulæ cuidam ex scriptura S. decerptæ singularem quandam vim & efficaciam in morbis vel sanandis vel præcavendis inesse temerè affirmant, & e. g. initium evangelii Johannis collo appendendum in curatione febris maximam præstare opem, Psalmum CIX. sapius recitatum inimicis suis inferre necem asserere non erubescunt, vel etiam Sacramento Evcharistiæ ad fidem confirmandam corroborandamque à Christo instituto, ad probandam vel innocentiam suam, uti purgatio per S. evcharistiæ antiquis Germanis recepta & in Concilio Wormatiensi cap. XV. approbata testatur, vel constantiam & fidem in servando cum aliis inito pacto aut contractu utuntur. Pertinent & huc eæ actiones, quando rebus creatis homines tribuunt ea, quæ iis tribuenda neutiquam sunt, quales, ut exemplis probemus, sunt omnes artes magicæ, sub quarum nomine autem nullo modo intellectam volumus cognitionem illam occultarum naturæ virium, quamque Magiam naturalem vocitare solent, sed eas, quibus auxilio Dæmonum & Spirituum malignorum res mirabiles vel facere vel factas simulare edocentur homines. Referenda huc porro est Astrologia illa judiciaria, quæ astris eorumque situationi ejusmodi vim & influentiam adjudicat, quæ providentiam DEI si non penitus tollit, admodum tamen in eandem injuria est, & à rectâ DEum colendi ratione homines deflectit, quare & tanquam vana, superstitiosa & impia à viris sapientibus jamdiu est rejecta atque damnata. Ulterius in censum huc veniunt inania illa & futilissima hominum commenta, vi quorum radicibus, plantis, Gemmis, Lapidibus, quinimò aliquibus animalium partibus tantas tamque mirabiles adscribunt virtutes, quibus non tantum profusus non gaudent, sed & quæ indoli eorum plane sunt contrariæ, ad quæ & referenda sunt Amuleta, signa, characteres, aliaque stultitiæ plena monumenta. Hisce amplius jungenda sunt varia divinationum genera, quibus futura prænoscenti cupidis imponunt homines, quales sunt præter divinationes per speculum, per ignem, per aquam, per cribrum, Geomantia & Oniromantia. Ultimo denique loco & hic recensenda venit superstitio circa loca, nomina propria & tempora, de quâ posteriori, missis reliquis omnibus, paulò uberius differere, & quam inutilis quamque impia sit, proptereaque rejicienda, ulterius inquirere allaborabimus.

Antequam vero superstitutionem hanc maximè abominabilem esse rationibus corroborem, primò inquirendum erit in originem superstitutionis hujus, quâ certi quidam dies fausti alii infausti ab hominibus sunt habiti. Hunc autem morem antiquissimis jam temporibus invaluisse edocent historiæ tum Romanæ tum græcæ. Sic enim T. Livius L. V. Histor. C. I. Romanis quosdam dies infaustos: atros fuisse dictos expressè refert, quia exercitus eorum olim gravem quandam cladem iisdem fit perpeffus, vel alia quædam calamitas memorabilis reipublicæ inflicta. Ater autem ratione à coloris natura desumpta dicebatur dies, in oppositione ad album, albus enim uti ipsis idem erat ac faustus,


faustus, felix, fortunatus, ita è contrario ater dicebatur inauspicatus, infaustus, unde *Porphyrius in not. ad Q. Horat. L. I. Sat. 4. niger est, id est malus, & ad L. II. Ep. 2. ater & albus i. e. malus & bonus.* Et rerum naturalium scriptores cornices, corvos, bubones, aliasque fuscæ coloris aves inter inauspicatas numerant. *vid. Rosini Antiquit. L. IV. C. IX. p. 279.* Hisce vero diebus aliquid moliri, aut novæ rei inceptare, v. g. exercitum conscribere, legiones educere, manum cum hoste conferere, sponsalia inire, peregrè proficisci &c. inceptu foedum & exitiale æstimasse Romanos, testis est *Alexander ab Alexandro genial. diar. L. IV. C. XX. p. 1137 seq.* ubi & addit, observatum fuisse, ut, qui hostes bello tentare, vel acies eo tempore committere curarent, rem in non mediocri periculo discrimenque adducerent, magno postea exitio consecuto. Ast non Romani tantum, sed & aliæ gentes huic superstitioni de diebus quibusdam auspicatis & inauspicatis fuerunt deditæ, uti idem *Alexander ab Alexandro l. c. p. 1141.* edocet, & de Græcorum in specie superstitione circa dies *Ælianus Variar. Histor. L. II. C. XXV. p. 109. seqq.* probat: Ac ne forte persuadeamur, cum hisce gentibus hujusmodi superstitionem evanuisse prorsus, cum eandem ad nostra usque tempora propagatam esse & adhuc dum obtinere, multisque hominibus esse receptissimam cernere liceat, adeamus modo *Job. Christoph. Maenlingium in den denkwürdigen Curiositeten derer sowol inn als ausländischen Alberteten,* ibi enim & imprimis *cap. VIII. & IX.* varias superstitiones ineptias circa annos, menses, septimanas & dies, imprimis festos & nominibus sanctorum sacros, invenimus commemoratas, quarum omnium recensio merito heic loci supersedemus, inque causas potius, ob quas superstitio hæc circa tempora vana, inutilis, impia atque rejicienda videatur, inquirimus, & cum harum etiam sint quam plurimæ, unam alteramve tantum in medium proferemus. Primo igitur loco offert sese ratio ab ipsa diei natura desumpta; Nullus enim dies in se spectatus aliquid mali vel boni sibi habet conjunctum, neque ad calamitatem vel felicitatem nobis eo ipso die inflictam quidquam conferre valet, alias enim omnes omninò homines hanc diem nobiscum videntes eadem afficiendos esse necesse est, præterea perspicere neutiquam possum, qualis sit nexus inter diem & calamitatem vel felicitatem nobis eo contingentem, vel qualis connexio hominem inter & diem intercedat; hanc igitur superstitionem ex fallâ imaginatione vel perversa idearum associatione originem suam trahere certissimè sum persuasus; quoties enim ille dies, quo fortuna vel prospera vel adversa nobis obtigit, recurrit, toties & idea non tantum diei illius, sed & fortunæ vel infortunii in memoriam nostram simul revocatur, hincque diem illum sive faustum sive infaustum nobis esse perperam judicamus. Objiciunt equidem nonnulli exempla contrarium planè probantia, quod nimirum experientia omnium rerum magistra observatum sit, quosdam dies imprimis certis quibusdam viris maximè fuisse fatales, v. g. diem VI. Aprilis Alexandro M., quippe quo natus sit, victoriam à Dario reportaverit, & quo etiam mortuus sit. Ast præterquam quod exempla nihil probent, sed tantummodo illustrent, & à particulari ad universale N. V. C. *Excell. Dn. Buddeus l. c. p. 754.* rectissimè, ut mihi videtur, respondit, non omnia quidem promiscuè contemnenda rejiciendaque esse, quia divina providentia arcana quadam nobisque incognita ratione sese interdum prodere potest, interim tamen cavendum erit, ne ad absolutum aliquod decretum aut fatum stoicum in providentiam divinam maximè injuriam prolabamur, vel ne ipsi tempori, cujus in rebus producendis nulla est efficacia, tribuamus ea, quæ ab aliis causis profecta certo ac determinato tempore sese exserunt. Ita v. g. homo tempore hyemali in flumine glacie adstricto ambulans, & glacie soluta undis submersus, fatalitatem hanc non tempori hyemali, sed suæ potius temeritati tribuere tenetur, ut alia jam taceam exempla. Instant ulterius adducentes ex ipsa scriptura S. vaticinia quædam de rebus futuris, quæ certo ac determinato tempore evenire debebant, e. g. *Genes. XV. 16.* ubi DEUS Abrahamo prædixit, semen suum generatione quarta esse reverfurum in patriam, quam ipse deserere jubebatur. *it. Dan. IX. 24.* ubi de LXX. hebdomadibus usque ad adventum Christi fermo est. Verum enim vero, quod eventus harum rerum etiam quoad temporis rationem exactè respondit prædictioni, certè non ob fatalitatem quandam temporis aut aliam causam factum est, sed DEUS per omniscientiam suam prævidit, ea illo tempore esse eventura, quo eventura prædixit, adeoque & hac in re aliquid efficaciam tempori adscribere, summa foret stoliditas. Altera ratio, ob quam ejusmodi superstitio non sit admittenda, meo quidem judicio etiam exinde patet, quod eo ipso homo circa dies superstitiosus diffidentiam in summi Numinis providentiam prodat. DEUM enim, uti omnium rerum creatarum, ita & diei temporumve Dominum esse, ejusdemque gubernationi ac directioni, uti omnia, ita & tempus vel diem esse subjectum, nemo ibit inficias; jam vero, si certo cuidam tempori fatalitatem quandam tribuo, annon eo ipso divina Numinis providentia tollitur, ac id, quod soli DEO competit, creaturæ adscribitur? certè, nisi me omnia fallunt, hæc cum providentia DEI neutiquam stare poterunt; Quando enim homo superstitiose certum aliquod tempus vel diem colit, quo magna vel felicitas vel injuria ipsi fuit illata, eo ipso providentiam Omnipotentis, sine cujus bene placito ne unus ex capillis quidem cadere potest, negat pernegatque, cæteroquin enim certissimè confideret DEO, ipsum tanquam Dominum temporis, idem etiam esse directurum, ut omnia ipsi cedant salutaria. Nec obstat, quod uno quasi ore clamitent hi homunciones, se DEUM omnino tanquam Dominum temporis agnoscere, ast eundem certum quoddam tempus uni alterive homini fatale interdum constituit, extra omne dubium esse positum, proptereaque nullam prorsus injuriam DEO hac superstitione fieri. Quid enim quæso exinde sequitur? certè absolutum quoddam decretum aut fatum stoicum, cujus tamen in S. litteris nulla sit mentio, quæ potius nos edocent, DEUM, homine ad veram seriamque poenitentiam sese componente, animum de immittendo infortunio mutare, ita ut eum poeniteat mali, quod inferre homini constituit. Sanè, si res ita est comparata, uti verè est, nullo modo fatalitas quædam tempori est adjudicanda, sed culpa potius in homine ipso erit quaerenda. Et quamvis libenter concedimus, experientia teste certos dari annos corpori hu-

mano


mano maximè fatales, dum nimirum singulis imprimis septenniis magna quædam mutatio in corpore humano sese exferit & conspicua evadit, quos annos climactericos appellare sueverunt Medici, vel etiam dies criticos in morbis acutis vel mortem vel meliorem corporis valetudinem ægrotis afferentes, nullo tamen modo ullam vim & efficaciam hisce tribuendam esse judicamus, sed hæc mutatio aliis ex causis oritur, quas rerum naturalium & medicarum peritis inquirendas & explicandas relinquimus; Et quid inde colligere licebit, si etiam concederetur, dari dies vel annos, qui ejusmodi mutationem sibi haberent conjunctam, num propterea homo Christianus, qui DEum Dominum temporis veneratur, & quovis tempore quovis die mortem sibi imminere novit, in specie ab hoc tempore vel annis vel diebus metuere, vel superstitiosas de iisdem cogitationes sine injuria summi Numinis fovere poterit? minimè gentium! sed firma immotaque est veritas, superstitionem circa tempora esse impiam, iniquam, vanam & in DEum T. O. M. summè injuriam, hominesque has ineptias magnificantes à verò Summi Numinis cultu abesse quam longissimè. Hæc autem dum asserimus, mens nostra neutiquam eò redit, ut & illas hominum actiones superstitionis arguere velimus, quibus ob singularia quædam beneficia à DEO ipsis exhibita, ut gratum suum testentur animum, certis diebus vota sua solvere, debitasque DEO offerre grates, ejusque clementiæ & tutamini se suosque ardentissimis precibus commendare nituntur. Hæc enim si reprehendere quis velit, unà & omnes dies festos in memoriam summæ gratiæ divinæ per nativitatem, passionem, resurrectionem Domini nostri JESU Christi, imo per effusionem Spiritus S. nobis præstita institutos tolleret, idque injuriâ. Ad hoc enim officii genus obstricti sumus omnes, ut præsertim his temporibus recordemur benevolentiam & infiniti amoris divini erga genus humanum eo ipso sese exferentis, eundemque grata recolamus mente, & ut salutariter eundem à nobis agnosci faciat, oremus supplices. Nec magis, ut reliqua jam omittam, vituperanda erit devotio, qua homines nonnulli ducti diem suum natalem quotannis recurrentem, celebrare consueverunt gratiarum actionibus pro auxilio ipsis hætenus præstito, & precibus ad exorandam summi Numinis ulteriorem adfidentiam fufis. Hæc enim animi devotio unicuilibet mortalium non tantum est licita, sed tanquam cultus DEO debitus incumbit. Quodsi autem unusquisque mortalium ad hoc officium DEO exhibendum tenetur, omnino & subditi erunt obligati ad celebrandum diem natalem Principis ac Domini sui clementissimi, persolvendasque humillimas Deo gratias, quod diem oculis suis usurpare, Principemque suum salvum ac incolumen salutare ipsis fuerit concessum. Nam si verum est, ut omnino est, axioma illud: Salus populi suprema Lex esto, eadem autem omnium maximè saluti Principis innititur, huic officio nemo subditorum sese subtrahere poterit. Quod igitur ritè perspiciens Reverendum hujus Academiæ Concilium etiam decrevit, ut *natalis Ille*

Dies auspiciatissimus Serenissimi ac Celsissimi Principis ac Domini, DN. CAROLI LEOPOLDI, Ducis Regnantis Meklenburgici, Principis vetustæ Gentis Henetæ, Sverini ac Raceburgi, Comitum item Suerinensis, Terrarum Rostochii ac Stargardiæ Dynastæ, Academiæ nostræ Patroni ac Cancellarii Magnificentissimi, Domini Nostri longè Clementissimi, ad quem larga DEI benevolentia iterum pervenire nobis concessit, ad testandam Tanto suo Principi debitam submissionem, non modo quam sollemnissimè celebretur, sed & coram throno Majestatis divinæ ardentissimæ fundantur preces pro conservanda PRINCIPIS NOSTRI salute constanti ac perennatura, eumque in finem munus oratoris mihi, quamvis oneri huic ferendo prorsus impari communi suffragio imposuit, ut intensissimi sui gaudii, gratitudinis devinctissimæ, & precum ardentissimarum publicis existam interpres. Cui decreto, quantum in me est, morem pro debito gesturus, oratione quadam de Mense Novembri Terris Mecklenburgicis felicissimo, publice in Auditorio Majori paucula differere constitui. Cui actui ut præsentia sua adesse, vota, preces ac suspiria pro Herois Nostri incolumitate meis adjungere, adeoque Devotionis suæ testimonium perhibere velint publicum, Magnif. DN. RECTOREM, Illustres Regiminis Proceres, Utriusque Reipubl. Patres conscriptos, Viros summè Reverendos, Consultissimos, Experientissimos, Amplissimos, Omnium Facultatum Doctores Prænobilissimos, Verbi Div: Antistites Venerandos, Liberalium Artium Magistros Præcellentissimos, Lectissimam Nobilissimorum Dnn. Studiosorum Concionem, ac denique omnes Literarum Literatorumque Fautores Æstumatissimos Honoratissimosque, submissa ac debita animi observantia oro rogoque.

Dab. die XXIV. Novembr. A. O. R. MDCCXXVII.



LBMV Schwerin 33
000 195 448





elix, fortunatus, ita è contrario ater dicebatur inauspicatus, infaustus, unde *Porphyrius in Horat. L. I. Sat. 4. niger est, id est malus, & ad L. II. Ep. 2. ater & albus i. e. malus & bonus.* Et
 uralium scriptores cornices, corvos, bubones, aliasque fusci coloris aves inter inauspicatas
 vid. *Rosini Antiquitt. L. IV. C. IX. p. 279.* Hisce vero diebus aliquid moliri, aut novæ rei in-
 g. exercitum conscribere, legiones educere, manum cum hoste conferere, sponsalia inire,
 officisci &c. inceptu foedum & exitiale æstimasse Romanos, testis est *Alexander ab Alexan-
 der. L. IV. C. XX. p. 1137 seq.* ubi & addit, observatum fuisse, ut, qui hostes bello tentare,
 o tempore committere curarent, rem in non mediocre periculum discrimenque adduce-
 no postea exitio consecuto. Ast non Romani tantum, sed & aliæ gentes huic superstitioni
 quibusdam auspiciis & inauspicatis fuerunt deditæ, uti idem *Alexander ab Alexandro l. c.*
 edocet, & de Græcorum in specie superstitione circa dies *Ælianus Variar. Histor. L. II.*
 109. seqq. probat: Ac ne forte persuadeamur, cum hisce gentibus hujusmodi supersti-
 anuisse prorsus, cum eandem ad nostra usque tempora propagatam esse & adhuc dum ob-
 altisque hominibus esse receptissimam cernere liceat, adæamus modo *Job. Christoph. Maen-
 en denwürdigem Curiositeten derer sowol inn als ausländischen Alberteten*, ibi enim & imprimis
 II. & IX. varias superstitiones ineptias circa annos, menses, septimanas & dies, imprimis
 ominibus sanctorum factos, invenimus commemoratas, quarum omnium recensione
 e loci super sedemus, inque causas potius, ob quas superstitio hæc circa tempora vana, in-
 ia atque rejicienda videatur, inquirimus, & cum harum etiam sint quam plurimæ, unam
 tantum in medium proferemus. Primo igitur loco offert sese ratio ab ipsa diei natura
 Nullus enim dies in se spectatus aliquid mali vel boni sibi habet conjunctum, neque
 atem vel felicitatem nobis eo ipso die inflictam quidquam conferre valet, alias enim
 inò homines hanc diem nobiscum videntes eadem afficiendos esse necesse est, præterea
 neutiquam possum, qualis sit nexus inter diem & calamitatem vel felicitatem nobis eo
 em, vel qualis connexio hominem inter & diem intercedat; hanc igitur superstitionem
 aginatione vel perversa idearum associatione originem suam trahere certissimè sum per-
 oties enim ille dies, quo fortuna vel prospera vel adversa nobis obtigit, recurrit, toties
 tantum diei illius, sed & fortunæ vel infortunii in memoriam nostram simul revocatur,
 em illum sive faustum sive infaustum nobis esse perperam judicamus. Obijciunt equi-
 alli exempla contrarium planè probantia, quod nimirum experientia omnium rerum
 observatum fit, quosdam dies imprimis certis quibusdam viris maximè fuisse fatales, v. g.
 prilis Alexandro M., quippe quo natus fit, victoriam à Dario reportaverit, & quo etiam
 quam quod exempla nihil probent, sed tantummodo illustrent, & à particu-
 C. *Exoell. Dr. Buddeus l. c. p. 754.* rectissimè, ut mihi videtur, respondit, non
 uè contemnenda rejiciendaque esse, quia divina providentia arcana qua-
 ratione sese interdum prodere potest, interim tamen cavendum erit, ne
 decretum aut fatum stoicum in providentiam divinam maximè injuriam
 tempori, cujus in rebus producendis nulla est efficacia, tribuamus ea, quæ
 certo ac determinato tempore sese exierunt. Ita v. g. homo tempore hye-
 districto ambulans, & glacie soluta undis submersus, fatalitatem hanc non
 uæ potius temeritati tribuere tenetur, ut alia jam taceam exempla. Instant
 ipsa scriptura S. vaticinia quædam de rebus futuris, quæ certo ac determina-
 bant, e. g. *Genes. XV. 16.* ubi DEus Abrahamo prædixit, semen suum ge-
 versurum in patriam, quam ipse deserere jubebatur. it. *Dan. IX. 24.* ubi de
 sque ad adventum Christi sermo est. Verum enim vero, quod eventus
 ad temporis rationem exactè respondit prædictioni, certè non ob fatalita-
 aut aliam causam factum est, sed DEus per omniscientiam suam prævidit,
 tura, quo eventura prædixit, adeoque & hac in re aliquid efficaciæ tempo-
 ret stoliditas. Altera ratio, ob quam ejusmodi superstitio non fit admitten-
 etiam exinde patet, quod eo ipso homo circa dies superstitiosus diffiden-
 providentiam prodat. DEum enim, uti omnium rerum creatarum, ita
 minum esse, ejusdemque gubernationi ac directioni, uti omnia, ita &
 objectum, nemo ibit inficias; jam vero, si certo cuidam tempori fatalitatem
 eo ipso divina Numinis providentia tollitur, ac id, quod soli DEO compe-
 certè, nisi me omnia fallunt, hæc cum providentia DEI neutiquam stare
 m homo superstitiose certum aliquod tempus vel diem colit, quo magna
 ipsi fuit illata, eo ipso providentiam Omnipotentis, sine cujus bene placi-
 idem cadere potest, negat pernegatque, cæteroquin enim certissimè confi-
 tam Dominum temporis, idem etiam esse directurum, ut omnia ipsi cedant
 quod uno quasi ore clamitent hi homunciones, se DEum omnino tanquam
 oscere, ast eundem certum quoddam tempus uni alterive homini fatale in-
 ra omne dubium esse positum, proptereaque nullam prorsus injuriam DEO
 Quid enim quæso exinde sequitur? certè absolutum quoddam decretum aut
 men in S. litteris nulla fit mentio, quæ potius nos edocent, DEum, homi-
 poenitentiam sese componente, animum de immittendo infortunio mu-
 at mali, quod inferre homini constituit. Sanè, si res ita est comparata, uti
 talitas quædam tempori est adjudicanda, sed culpa potius in homine ipso
 mvis libenter concedimus, experientia teste certos dari annos corpori hu-
 mano

